

**Asso y del Río, Ignacio Jordán de**  
*Synopsis stirpium indigenarum Aragoniae... (1779)*

**Index**

1. 82

2. 83

## OROBANCHE.

576. Orobanche major Loefling. Iter. p. 207. Terva tora Laguna l. 2. c. 131. Cienfuegos r. 3. p. 414.  
Provenit in siccis en el monte torrero, & alibi.  
Pecori displicet Schreber Samml. III. p. 62.

## VITEX.

577. Vitex Agnus castus.  
Sauzgatillo Laguna l. 1. c. 114. Loci non memini, sed plantam coram habeo, & in herbario Josephi Lucan nuper vidi.  
Folia integrifima in meis speciminibus.  
In Oriente semina cum Cepa contusa, & in cataplasmati for-  
man redacta stomacho admovent in doloribus colicis Forskal.  
Fl. Arab. p. 213.

## TETRADYNA MIA.

## SPLICULOSA.

578. Myagrum rugosum.  
Passim in agris Casarangustæ, en Epila, Daroca, Calatayud.  
Folia saepius lanceolata, & obversè ovata. Caules procumbentes.  
579. Myagrum perfoliatum.  
Myagrum Diosc. l. 4. c. 118. posset esse Sativum.  
In agris non farum, en Moyuela.  
580. Myagrum paniculatum.  
Occurrit mihi in montosis propè la Val tuerta de Mosqueruela.  
581. Myagrum (irregularē) petalis duobus proximis reliquis majoribus, foliis lyrato-sinuatis.  
Myagro similis flore albo J. Bauh. Hist. II. p. 895.  
Oritur locis gramineis, humidiusculis en Hijar.  
Radix fibrosa. Caules palmates, teretes, glabri. Folia radicilia lyrato-sinuata, etiam integra, & oblonga, glabra: caulina amplexicaulia, basi sagittata. Flores albi. Calyx tetraphyllus, foliolis oblongis, concavis. Petala quatuor linearia, quorum duo proxima cæteris majora. Filamenta 6. de more familiæ, nullis denticulis instructa. Germen ovatum; stylus filiformis, brevis; stigma obtusum. Capsula subglobosa unilocularis, bivalvis. Semen unicum, subrotundum.  
Singularis planta, quæ notas artificiales diversorum generum in

in fructificatione colligat; nam ob petala irregularia ad Iberides,  
ob capsulam manospermam forsan ad *Crambe* genus revocari  
posset. Ego vero deficientibus staminum denticulis, & habitâ  
ratione styli, atque facie *Myagris* annumeravi.

### D R A B A .

582. *Draba alpina*. Provenit in rupibus *en el monte de Herrera*, *en el avellanar del Collado* circâ *Badenas*.

583. *Draba verna*. In montosis frequens *en Tolocha*, *Moncayo*, *en el monte de Herrera* &c.

*Paronychiis imposita medetur Guerner. Fl. Norv. p. 3.* Racemus  
nutans instantes imbræ indicat Linn. *Aman. t. 1. Fl. acon.*

### L E P I D I U M .

584. *Lepidium sativum*. *Mastuerzo Laguna l. 2. c. 144.* Provenit locis glareosis *Casar Augusta*, *en Moyuela*. In acetaria recipitur.

585. *Lepidium latifolium*. *Mastuerzo salvage Laguna l. 2. c. 165.* Juxta fossas magnâ copiâ *Casar Augusta*, *en Epila*, *Daroca*, *Calatayud*, *Barbastro*. *Judaï agnum paschalem cum Lepidio edere solebant. Huic* successit *Cochlearia armoracia*. *Linn. Aman. t. 5. Culina mutata.*

586. *Lepidium subulatum* *Tab. VI. f. 3.* Habitat in siccis propè *Epila*, *Teruel*. Folia infernæ imbricata. Flores numerosi albi, Siliculae ovatæ. Non est, *Nasturtium fruticosum*, foliis linearibus, glaucis, subirritatis Haller. *Helv. n. 506.* quod cum nostro conjunxit.

587. *Lepidium Iberis*. *Iberis Diosc. l. 1. c. 147.* Passim juxta vias *Casar Augusta*, *en Daroca*, *Calatayud*, *Epila*, *Barbastro*. Stamina sex in nostro solo: totidem in *Helvetia* numeravit Hallerus *n. 507.*

### T H L A S P I

588. *Thlaspi alliaceum* *Diosc. l. 2. c. 145.*